

merus attenditur, cum si persona idonea electa sit, pars major etiam sanior presumatur...

Nec secunda difficultas refragatur, pro cuius solutione diffidit... Nunc secunda difficultas refragatur, pro cuius solutione diffidit...

Superiori assertioni obstat text. in c. in ordine 14. 61. dist. in illis verbis: Inordinatione Praepositi illa semper consideretur ratio...

C A P U T LVIII.

Idem.

Publicato scrutinio, variare nequeunt electores; cum sit facienda b collatio, & electio celebranda. Ad quod per superiorem, si oportuerit, compellantur.

NOTAE.

Publicato. Scrutinio publicato non posse variare electores, ex hoc textu expresse constat, & docent Miranda, Navarrus & alii...

C A P U T LIX.

Idem.

alicuius electionem propter simoniam, eo ignorante, ac ratum non habente commissam, contigerit reprobari, cum eo super postulatione, ad quam fuerat electus taliter illa vice, non potest Episcopus dispensare...

COMMENTARIUM.

Valde notum est, simoniam committi in electione, & collatione beneficii ecclesiastici, c. 1. 2. 3. & 4. c. si quis obsecravit, c. Saluator, c. ex multis, c. final. l. 1. q. 3. c. quam pio, q. 2. c. sicut, cum aliis de simonia: docent Rebuffus in praxi, tit. de requisitis, n. 2. Parisius de regu. l. 8. q. 8. annota. 28. Hugolinus de simonia, tabula 6. Garcia de beneficiis 8. part. c. 1. n. 123. Suarez de relig. l. 1. tom. 1. lib. 1. c. 57. n. 37. Lessius de iustis. l. 2. dist. 37. n. 14. & pluribus modis committitur, ut novissime exponit Gibalinus de simonia cap. 20. per totum. Nec solum committitur, cum qui pretium, aut quid pretio estimabile pro beneficio assequendo eligenti dedit, verum & si alius confanguineus, vel extraneus quid pretio estimabile praestiterit, d. c. sicut de simonia, ubi Binsefeldius, & nos Deo annuente laicus dice-

non major, & sanior pars desideratur. Cui difficultati satisfaciendum, sciendum est, controversum esse apud interpretes, utrum simul desideretur sanioritas cum infortate, adeo ut si unus electus sit a majori parte, sed non saniori, alius a saniori, sed minori, neutra electio subsistat...

Secundo advertebat praesenti assertioni text. in c. cum causam 27. hoc tit. ubi refertur, Ecclesiam Lucanensem habere privilegium, ut nullus in eius Priorum eligatur, nisi communi assensu fratrum, vel quem sanior pars elegerit...

Tertio opponitur text. in c. congregato, hoc tit. ubi deciditur, electionem celebratam a saniori parte, licet minor sit, valere: igitur quia non desideratur major, & sanior pars in electionibus ecclesiasticis. Cui difficultati respondendum est alienando, aliquando sanioem, licet non maiorem partem, sufficere ad electionem, veluti quando major pars elegerit indignum...

de postul. Pralat. inter casum, in quo postulatione praesentata est superiori; & inter eum, in quo a postulantibus facta est non vero praesentata. Primo casu non licet postulantibus a postulatione recedere, dist. c. postul. c. uti. secundo vero casu possunt recedere ab ipsa postulatione.

Etiam certum est, inter alias poenas, quas simoniaci incurruunt, & enumerat Gibal. de simonia q. 25. illam constitutam reperi, inhabilitatem videlicet ad illud beneficium, in quo simonia commissa fuit, obtinendum; & hodie ex constitutione Pii V. inhabilis redditur simoniacus declaratus ad omnia beneficia. Suarez ubi supra, c. 58. Gibal. d. q. 25. n. 6. dicemus in d. c. sicut. Praeterea sciendum est, in hac poena inhabilitatis ad idem beneficium obtinendum Episcopus dispensare posse, cum hac dispensatio Pontifici non sit reservata, cum hac tamen distinctione, ut si ab ignorante commissum sit, & beneficium sponte resignatum fuerit, Episcopus possit dispensare, ut ad idem beneficium statim eligatur: sed si beneficium hoc non fuerit simplex, pro ea vice potest Episcopus alii conferre, & cum iterum vacaverit, potest qui ignoranter simoniam commisit, ad illud admitti: cum eo vero

vero qui scienter simoniam commisit in beneficiis ecclesiasticis, alius quam R. Pontifex dispensare non potest: & hac est sententia Gregorii IX. in praesenti, quam ita exposuerunt

Suarez d. c. 57. n. 15. Gibalinus d. q. 31. n. 2. & nos laucis dicemus in d. c. sicut, ubi exponemus textum in c. 2. de confessi. cap. veniens, et l. de rebus.

C A P U T LX.

Idem.

His, quibus interdicitur, ut absque superioris b licentia eligere non e presumant, tempus statutum a d Canone currit, ex quo in mora fuerint licentiam huiusmodi postulandi.

NOTAE.

Idem. Ad hujus inscriptionis, & duarum praecedentium expositionem repetenda sunt quae adduximus in cap. fin. de consue.

Licentia. Ut in cap. 2. hoc tit. in quinta compilatione, ubi Honorius III. ita ait: Cum bona memoria. Et infra: Sane ne quis forte causetur, Capitulum S. Juliani Lemovicensis diocesis jus eligendi Praepositi per desuetum temporis amississe, volumus quod tempus lapsum ante concessum sibi eligendi licentiam eis curvat, cum consuetudo, quae de huiusmodi lapsu temporis loquitur, contra negligentiam nullum fuerit promulgata: et hi dicitur neglegentes, cum non possint eligere, praesertim cum ex dilecti F. N. B. tituli S. Joannis & Pauli Praepositi Card. mandato nostrum, vel eius veneretur licentiam postulare. Ex quo Honorius III. decretali constituit, tempus eligendi praescriptum in Concilio Later. relato in c. 2. de concessi. praesens, non curret illis, qui debent eligere peccata licentia, nisi in mora eam petendi fuerint: tunc enim illis currit tempus eligendi, ex praesenti textu:

quia cum impedimentum tollere potuissent petendo licentiam eligendi, si in ea impetranda moram commiserint, illis currit tempus praescriptum in dicto Concilio, c. unico, d. quia vero, ne sude vacante, lib. 6. Non enim tantum negligens est, qui nullo impedimento detentus non eligit, verum & qui cum impedimento tollere posset, illud tollere non curavit, l. quibus diebus 40. ff. de conat. c. demonstrat. l. non omnes, §. qui captus, ff. de re militi. docent Petrus Greg. lib. 27. synag. c. 9. n. 34. Barbosa de potest. Episcopi in leg. 126. n. 74. c. in d. cap. unico, n. 1. c. 5. c. Praesumpt. Non tantum a sacris Canonibus, verum & a R. Pontifice, vel eius Legato prohiberi potest Canonice, ne sine superioris licentia ad electionem procedant, quod & in Religiosis Generales statueret postea docet, & ad hoc textum hunc commendat Hier. Garcia d. 2. post. regul. 11. 2. dist. fiscal. 2. dub. 4. pag. 22. d. Canone. Relato in c. ne pro desueto, hoc tit. aut in c. 2. de concessi. praesens: ex quorum commentariis & adducendis infra, in eis de supplenda neglig. praesens petendum est.

TITULUS VII.

De translatione Episcopi.

CAPUT PRIMUM.

Innocentius III. a Antiocheno b Patriarcha.



Um ex illo generali privilegio, quod B. Petro, & d per eum Ecclesiae Romanae Dominus noster indultit, canonica postmodum manaverint instituta, continentia majores Ecclesiae causas esse ad Sed. Apost. referendas: ac per hoc translationes Episcoporum, sicut depositiones eorum, & sedium mutationes ad summum Apost. Sedis Antistitem de iure pertineant; nec super his, praeter ejus assensum, aliquid debeat attentari: miramur non modicum, & moveamur, quod tu g praedecessoris tui exempla sequutus, qui mox propria voluntatis b Mamistan, in i Tharsen, dicitur transfuisset, L. quondam j Apamien, electum in k Tripolitan, Ecclesiam transfuisset: nec tibi sufficit dicti praedecessoris tui praesumptionem solummodo imitari, imo etiam in injuriam nostram ipsius transgressus excessum, novo quodam mutationis genere parvificali majorem, & magnum quodammodo minorasti, l. episcopare Archiepiscopum, imo potius dearchiepiscopare praesumas: cum dictus praedecessor tuus dictum Archiepiscopum de Tharsen, Ecclesia in Ecclesiam transfuisset similis dignitatis. Licet enim dictus L. nundum fuisset in Archiepiscopum consecratus, confirmationis tamen munus receperat, & Archiepiscopalia, quantum et liceret, in ministrarat, sicut ipse nobis relatione innouit, qui se n Valencien, Episcopum, cum in nostra esset praesentia consecratus, asseruit confirmasse. Ne igitur perpetrandi similia ceteris audacia praebatur, si tantum excessus relictus fuerit impunitus, te ab Episcoporum o, confirmatione duximus suspendendum, quousque super hoc aliud statuimus: sciturum, quod hoc nos ab exauditione petitionis, quam pro venerabili f. n. Archiepiscopo Mamistan. porrexeras, revocavit: In ceteris autem quantum cum honestate potuimus, te curavimus exaudire. Datum Laterani xvi. Kal. Aprilis.

NOTAE.

Antiochen. Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. c. 1. & lib. 1. ep. ipsius Innocentii, fol. 25. in registro Colonia edito, ex quo textum restituo. Antiochia praecipua Orientis Metropolis appellatur ab Strabone l. 16. Eam Orientis pulchrum apicem vocavit Ammianus Marcell. l. 22. Metropolim absolute dixit D. Hier. in ep. ad Pammachium. Erat Syriae Metropolis, ubi Orientales Imperatores degebant, ut constat ex lege actione 7. C. de numerariis, l. 12. l. Fabri- centium 4. C. de metat. col. lib. 1. en. 22. l. si quis 24. C. de decur. l. 10. l. nullus 2. C. de Palatinis sac. larg. ex Tacito l. 2. historie, probat D. Joan. Duran. de postliminio, ubi exponit legem Antiochenam, ff. de pro. credit. De ea D. Chrysof. hom. 3. ad populum Antioch. ait: Christianum sub Oriente postularum caput, & mater esse Civitas nostra, Epiphanius ep. ad Hornisiam Pont. Multis perturbacionibus Antiochia, & maxime Civitatem, que est in Orientali diocesi primiana, circumstantibus. Alia de ea tradit Philippus Berthierus diatriba l. 2. Hujus incluyae Civitatis Praeful Patriarchali honore decoratus fuit ob multitudinem civium, qui in ea fidem Catholicam susceperat, ut refertur in Actis Apostol. 2. 11. 13. c. 15. Et ex eis notavit F. Angelus Petrica de appell. disp. 2. unde dicit Anacletus Pont. anno 101. ep. 3. Patriarchalium seriem commendat, apponit Romanam, Antiochenam, & Alexandrinam, quae eas instituit D. Petrus, ut variis auctoritatibus, & rationibus probat E. Hallierius de hierarch. jurisd. l. 4. c. 2. fol. 209. Hinc Antiocheno Patriarchae variae fuerunt pro temporum diversitate Provinciae subiectae, quae enumerat Carolus a S. Paulo in Geographia sacra pag. 285. Statum hujus Patriarchatus temporibus Innoc. III. refert Tyrus l. 14. c. 10. l. 13. c. 14. & ex eo Franc. Florens in praesenti. D. D. Genza, in Decretal. Tom. I. Paris.

Patriarcha. Rodolpho videlicet secundo, qui Selem Antiochenam rexit per 33. annos usque ad ann. 1219. de cuius erga R. Pontificem inobedientia agant Baronius anno 1187. ejus continuator Spondanus anno 1215. n. 13. c. anno 1219. Illi etiam aliam misit epistolam ipse Innocentius, quae reperitur l. 2. ep. 71. Praesentis autem excessus merito fit in gestis ipsius Pontificis editis a Boiqueto fol. 30. in hac verba: Propter eandem causam Antiochenum Patriarcham a Pontificali suspendit officio, quia videlicet Apamienem electum, praeter Apost. Sedis licentiam, in Metropolitanum Episcopum transferre praesumpsit: sed nos quoque suam renovantiam confidenter humiliter, & indulgenter suppliciter postularunt, sine dissimulatione & mora restituit, & absoluit. c. Generali privilegio. Dum apud Matthaeum cap. 18. dixit Dominus: Tu es Petrus, & super haec petram. Quae verba in hunc sensum acceperunt Anacletus ep. 1. relatus in c. Omnis 3. 2. qu. 6. ibi: Quoniam Apostoli hoc statuerunt iussione Salvatoris, ut distictes quosdam semper ad Sedem deserantur Apostolicam, super quam Christus universam construxit Ecclesiam, dicente ipse ad Romanum Apostolorum Principem: Tu es Petrus, & super haec petram edificabo Ecclesiam meam, Alexander ep. 2. in illis verbis: Apud ipsum Evangelium loc. cit. ibi: Quodcumque ligaveris, &c. quae verba ad hoc probandum adducit Zephrinus ep. 1. ibi: Episcopus iudicium, maioreque causa a Sede Apost. c. non ab alia, sicut Apostoli & Sancti successores eorum stanturunt, cum aliis Episcopis suis terminanda; quia licet in aliis transferantur Episcopos, Beato tamen Apostolo Petro dictum est: Quodcumque ligaveris, &c. & quodcumque solveris, &c. & reliqua privilegia quae isti huic Sedis concessa sunt. Alia juris testimonia tradit Antonius August. in epitome, lib. 1. tit. 9. & nos in cap. moier, de baptismo. d. Per omnia saecula Romana. Quae enim Dominus concessit B. Pe-







& propria ipsius Episcopi, in qua ordinatus est. Primum agnoscunt esse fortius quam carnale, & omnino indissolubile, secundum vero fatentur esse sanctius, quam carnale, sed non ita indissolubile. Verum his omnibus sententiis omnino dicendum est, verum esse, matrimonium spirituale contrahere Episcopum cum sua Ecclesia, cap. licet, hoc tit. Evaristus Papa pp. 2. probat Azor par. 2. in lib. 1. cap. 29. q. 3. Ceterum de ecclesiasticis hierarch. par. 1. disp. 6. §. 3. nihilominus tale vinculum dissolvi posse a R. Pontifice, non iure ordinario, sed speciali divina potestate concessa a Christo Domino D. Petro, & eius successoribus, ut expresse fateatur Innoc. III. in d. c. 2. ibi: Non enim homines potestate, sed potius divina potestate conjugium spirituale dissolvitur. Et in cap. quanto 3. illic: Et potestatem transferendi Pontificis ita sibi retinuit D. & Magister, quod sibi P. Petro Vicario suo, & per ipsum successoribus eius speciali privilegio tribuit, & commisit. Quare tunc non homo, sed Deus ipse, quos Papa separavit, separasse videtur. Comparatio autem, quae fit in eo textu inter matrimonium carnale, & spirituale, non probat spirituales matrimonium vinculum aequale esse indissolubile, ac matrimonium carnale, sed tantum eo dirigitur, ut probet matrimonium spirituale ad hominum non posse dissolvi, nec iure carnale. Non enim equiparationem facit Innocentius utriusque vinculi quoad dissolutionem D. Petro, & eius successoribus reservatam, sed solum quoad dissolutionem hominibus denegatam, & ut hoc adstrueret Pontifex ait, fortius esse vinculum spirituale, quam carnale, ex eo quia corporalia facilius dissolvuntur, quam contrahuntur, & spiritualia vero contra facilius contrahuntur, quam dissolvuntur: quod exemplis Pontifex illustrat, ex quibus apparet cum non negare, vinculum spirituale matrimonium inter Episcopum, & Ecclesiam contractum, Pontificem dissolvere non posse, deponendo, aut transferendo Episcopum, sed hoc Archiepiscopum Turonensem facere nequire ob comparationem vinculi spiritualis, & carnalis. Docent, & ita accipiunt praedicta verba Vivar. ad Marcum Maximum, pag. 619. Barboza notis 123. mon. 15. Nec augmentum huius secunde difficultatis obstat: verum enim est, Episcopum posse transferre Parochiam de una Ecclesia in aliam; Archiepiscopum vero, vel Patriarcham non posse transferre Episcopum, Discriminis ratio illi solet assignari, quia inter Episcopum, & Ecclesiam verum, & perfectum matrimonium datur, quod initiatur in electione, ratificatur in confirmatione, atque consummatur in consecratione; quae omnia cum non dentur in Parochia ipse non contrahit verum, perfectumque matrimonium spirituale: quare defuncto Parocho dicitur Ecclesia vacans, cap. 1. c. 2. de consec. prob. non vidua, ut in Episcopo, cap. ne pro defectu, ubi notavi, de elec. quare sicut Episcopus potest dispensare cum illis, qui matrimonio adhuc rato Religionem profiterentur, ut dissolvatur matrimonium, cap. ex publica, de consec. conjug. cap. commissum, de sponsal. ita similiter cum Parocho dispensare valet, ut relicta propria Parochia, cum qua tantum matrimonium ratum inierat, ad aliam transeat. Ita docet, & ratiocinatur Anast. Germonius lib. 2. animado, cap. 19. Sed haec Germonii solutio, & discriminis ratio refellitur ex eo, nam si ea vera esset, sequeretur Patriarcham, & Archiepiscopum posse transferre Episcopos electos, & confirmatos, sed nondum consecratos, quia tantum matrimonium ratum contraxerunt: sed eos transferre nequeunt, ut in praesenti textu deciditur: ergo praedicta ratio discriminis sustineri nequit. Ea igitur omnia dicendum est, quod sicut depositio Parochorum ad Episcopum spectat, quia eam Sedes Apostolica inter causas majores sibi non reservavit: ita ex eadem ratione & translatio Parochorum per Episcopum fieri potest. Et si adhaec scilicet, quare translationem Episcoporum, ut causam graviorem Romana Sedes sibi reservavit, non vero translationem Parochorum; respondeo id provenire ex eo, quia inter Parochum, & Ecclesiam non datur spirituale conjugium, ut inter Episcopum & Ecclesiam: quare illi tempore institutionis non traditur annulus, ut datur Episcopo in signum contracti matrimonii, c. clerici, de vita & honest. cleric. docuit Gigas de residentia Episcoporum, cap. 10.

17. Pontifex non licet, de consec. dist. 4.

ipsis postremis illius schismatis temporibus iterum baptizabantur, & sic ad laicorum statum redacti, iterum ordinabantur, & in Episcopos recepta ordinatione eligebantur. D. Aug. lib. 3. contra litteras Pelagianorum, ubi: Et rebaptizaverunt illum hominem monachorum Episcopum. Observat Albalpeneus in Operum cap. 8. c. 9. Sciendum etiam est, electionem Episcopi, vel eius mutationem in aliam Ecclesiam, appellari ordinationem, c. 46. eisdem Concilii Carthagini. Ut Episcopus in decessione solus cum plerumque tenet, qui extitit ordinatus. Notavit Cironius ad hunc ritulum, in principio. Quibusque animadversis apparet verum sensus illius Canonis; ut enim Patres Concilii Carthagini prohiberent, dampnanteque praedicta rebaptizationes, & reordinationes Episcoporum, repetito Canone Capuano statuerent, ne liceret facere rebaptizationes, vel reordinationes; & quia ipsi Donatistae reordinabant Episcopos, eos mutando de Sede in Sedem, subiunxerunt Patres, ut translationes Episcoporum; non quia agnoscunt translationes Episcoporum, eodem iure esse prohibitas, ac rebaptizationes, seu reordinationes; sed quia ipsi Donatistae transferendo Episcopos assererent, eos reordinare: ideo ut totum comprehenderent Patres, simul statuerunt, ut non liceret facere reordinationes, rebaptizationes, vel translationes Episcoporum, quae idem esset transferre, ac ordinare Episcopos.

In eandem etiam partem, & ad idem probandum expendo textum in c. Paschalis 2. q. 1. ubi Joannes Episcopus Litanis translatus in Ecclesiam Scilitanam ex iusta causa videlicet quia Litanis urbs per inimicos capta erat, jubetur cessante hostilitate ad primam Ecclesiam redire: quod & iussit Nicolaus Pontifex in cap. scilicet 47. q. 1. quib. 1. igitur quia Pontifex nec iusta causa accedente potest vinculum spirituale matrimonium dissolvere, transferendo Episcopum de una Ecclesia in aliam. Cui difficultati respondendum est, in eo casu Episcopum non fuisse translatum in Ecclesiam Scilitanam in perpetuum, & ut semper eam regeret, sed potius ut eam haberet, donec hostilitate cessante posset redire ad primam Sedem; quae translatio cum non sit absoluta, nec in perpetuum facta, non solvit vinculum prioris Ecclesiae. Notari autem oportet, in eo textu ordinari aliquem, seu constitui Episcopum, inordinari dicit, quo etiam verbo utitur Gregorius Magnus lib. 5. epist. 111. ibi: A nobis parvula recedimus, ut Gratianum Ecclesiam Venetiarum tuam concederemus Ecclesia cardinanda. Notatur Spelmanus in glossario, verbo Cardinari, Juretus in notis ad epist. 131. Carnotensis, I. Vossius de vitis serm.

18. Explicatur c. paschalis 2. q. 1.

Supra traditae assertioni opponi videtur Pelagius II. in ep. ad Designatum Episcopum Bracharensem, cujus integram ex tomo 3. Conciliorum transcripsit Vivar. ad Marcum Maximum ubi supra, & eius fragmentum extat in cap. omnis 36. q. 1. in illis verbis: Non enim bene intelligunt ecclesiasticas regulas, qui hoc negant causa utilitatis, aut necessitatis fieri posse. Et statim: Quapropter charissime, his Apostolicis iussibus auctoritatibus, & iura Episcopum. Et deinceps: Quia hoc, quod tibi soli scribimus, generaliter omnibus tenere mandamus. Ex quibus verbis expresse deducitur, Archiepiscopos posse transferre Episcopos de una Ecclesia in aliam: igitur majori cum ratione in praesenti casu Patriarcha Antiochenus poterat transferre Episcopum de una Ecclesia in aliam. Pro cuius difficultatis solutione dicendum est, Pelagium in d. ep. 2. rescriptisse Archiepiscopo Bracharensi iuxta disciplinam sui temporis; nam cum eo saeculo 6. Ecclesiae adhuc non fuisset reservata translatio Episcoporum Romanae Ecclesiae, sed Metropolitanis, qui in Concilio provinciali Episcopos confirmabant, possent etiam eos transferre: ideo Pelagius ait iuxta ex causa secundum veteres Canones illi, & aliis Metropolitanis licere, quod habitabat ab aliis quibus Episcopos Bezae. Sed postquam cum causis majoribus reservata fuit translatio Episcoporum R. Pontifici (ut erat temporibus Innocentii III.) non poterat etiam Patriarcha transferre Episcopos, nisi ex delegatione Pontificis, quae praecedente accipiendus est textus in c. si Abbatem, §. si non, de elec. lib. 6.

19. Explicatur c. Pelagius II.

Ex eadem etiam animadversione exponendus est Canon 12. Concilii Tolet. 16. in illis verbis: Felicem Episcopum de Hispanensi Sede, quam usque hactenus tenuit, in Tolosanam Sedem canonice transfudimus; & in eadem Hispanensi Cathedra fratrem nostrum Eusebium Bracharensem Sedis Episcopum, necnon Ep. Felixem Portugalsensem Ecclesiam Antistitem in praesenti Bracharensi Sede Pontificis subrogamus. Ex quibus verbis expresse constat, Concilium provinciale, seu nationale, quale erat Concilium Tolosanum, potuisse transferre Episcopos de una Ecclesia in aliam. Qui textus iuxta supra dicta facile procedit: nam cum olim Episcoporum confirmatio, & ordinatio ad Concilium provinciale spectaret, Concilio Tolet. 12. can. 6. non ut voluit Loaysa, in eius notis, ex delegata Pontificis potestate, quam etiam in depositione Sisberti, de quo in dicit. can. 12. supponit Laitprandus in cap. anno 693. anno 57. nec ex speciali ratione distantia a Sede Romana, quam probat, & exornat Salgado de notis, bullar. par. 1. c. 1. §. nota, n. 46. sed quia illis temporibus iuxta Ecclesiae Canones Metropolitanis in Conciliis provincialibus ordinabant, & deponerent Episcopos, ut saepe saepius notavi in tit. antecedenti, & probat fule P. Marcha l. 6. concord. passim. Cum ergo in Concilio provinciali ordinatio Episcoporum fieret, etiam ex iusta causa de una in aliam Ecclesiam transferbantur, quod & cautum legitur in can. 12. Apostol. ubi prohibetur quod Episcopus, nisi majoris lucris causa, adiciatur: Et hoc non a semetipso praecedat.

20. Intellegitur can. 12. Concilii Tolet. 16.

sed multorum Episcoporum iudicio. Et in Concilio Antiocheno can. 16. Carthag. 4. can. 27. Si in utilitas Ecclesiae faciendum proposuerit, decreto pro eo electorum & laicorum Episcoporum portio, in praesenti Synodo transferatur. Et lib. 1. Capitul. Carali, cap. 137. Ne de uno in alium locum transferat Episcopus sine decreto Episcoporum: notatur Joannes Darts de beneficiis, cap. de transfer. Episcopi, Boquetus in notis ad Innocentium III. lib. 3. epist. 175.

21. Responitur cap. mos 61. dist.

Tandem praesenti decisioni opponi potest textus in c. mos 61. dist. in illis verbis: Quandoquidem Episcopo Romano par illi nos est. Similiter autem & apud Antiochiam. Ex quibus verbis deducitur, Patriarcham Antiochenum, & alios aequali frui potestate, qua R. Pontifex utitur: igitur si Pontifex potest transferre Episcopos de una Ecclesia in aliam, similiter & Patriarcha Antiochenus in praesenti casu Episcopum transferre poterat, quod utriusque paritas auctoritas fit. Hoc Concilii Niceni Canone fuisse haereticis, tam antiqui quam neuterici, intendunt Primatum Rom. Ecclesiae evertere, asserendo aequalem cum eo habere potestatem Patriarchas. Unde Catholici varia adduxerunt pro huius Canonis expositione, ut constat ex traditis a Bellarmino lib. 2. de R. Pontifice, cap. 13. Coqueo in Morenum part. 1. pag. 151. Turriano in dogmat. fol. 183. Coriolano & Baronio in notis ad ipsum Can. Caelare de ecclesiast. dist. 4. §. 2. Binio anno 325. ubi Spondanum num. 23. Morino lib. 1. exercit. cap. 29. Leone contra Vvaramundum cap. 7. Sirmundo in tract. de subditiaribus regionibus, Martia de iuris. l. part. cap. 15. Germonio lib. 3. de sacrosanct. immunit. cap. 3. Hallerio de hierarch. lib. 4. cap. 4. §. 3. q. 3. qui plures adducunt solutiones, ex quibus illa semper placuit, quae asserit, in eo textu tantum affirmari, ex R. Ecclesiae auctoritate, quae semper habuit in universa Ecclesia Primatum, Episcopum Alexandrinum omnium Ec-

clesiarum, quae sunt in Aegypto, in cuius ditione continebantur Libya, & Pentapolis, habere potestatem, quoniam sic moris fuit Episcopo Romano illi concedere; five quia R. Pontifex confuevit per Episcopum Alexandrinum eam Provinciam gubernare. Quae interpretatio ut perpendatur, sciendum est, ex varia editione, & ex Graeca in Latium translatione versione, difficultatem illius Canonis emanasse, quare illa erit verior interpretatio, quae puriori translationi convenit. Nulla autem verior, priorque translatio credi potest, quam approbata a Synodo Chalcedonensi, albione 16. ubi Paschasius Apostolicae Sedis Legato ita Canon ille recitatur: Quod Ecclesia Romana semper habuit Primatum, tenuit autem Aegyptus, ut Episcopus Alexandriae omnium habeat potestatem; quoniam & Episcopo Romano hoc est constitutum. Similiter autem & qui in Antiochia constitutus est, & in ceteris Provinciis, Primatum habeat Ecclesiarum. Eadem fere est versio Dionysii Exigui: Ecclesia Romana semper habuit Primatum, mos autem durat in Aegypto, &c. Ex quibus editionibus recte perpenis tantum constat, Patriarchas in suis Provinciis habere plenam jurisdictionem, & potestatem, non autem in universalis Ecclesia, ut R. Pontifex obtinet. Defunt autem in d. c. mos, illa verba: Ecclesia Romana semper habuit Primatum, quia Gratianus, sicut alii illius Canonis compilatores, existimant verba illa esse titulum Canonis, non vero partem ipsius: quare ea in corpore Canonis non inseruerunt, ut docet Baronius d. anno 325. qui feliciter Rufini, Balsamonis, & aliorum interpretationes refellit. Manet ergo, parem non esse potestatem Patriarcharum, ac Romani Pontificis; quare sicut alia facit Pontifex, quae Patriarchae statueri non valent, de quibus Germonius lib. 3. de sacrosanct. immunit. cap. 5. c. 7. ita & transferret Episcopos, cum Patriarchae transferre non possunt.

C A P U T I I

a Idem Decano, & Capitulo b Andegavensi.

Inter corporalia, & spiritualia cum cognovimus existere differentiam, quod corporalia facilius destruantur, quam construantur: spiritualia vero facilius construantur, quam destruantur. Unde iuxta canonicas functiones Episcopus solus honorem dare potest, solus autem auferre non potest. Episcopi quoque a Metropolitanis suis munus consecrationis recipiunt, qui tamen non possunt, nisi per R. Pontificis sententiam d. condemnari. Cum ergo fortius sit spirituale & vinculum, quam carnale, dubitari non debet, quin omnipotens Deus conjugium, quod est inter Episcopum, & Ecclesiam, suo tantum iudicio reservaverit dissolvendum: qui dissolutionem carnalis conjugii, quod est inter virum & feminam, suo tantum iudicio reservavit, praecipiens, ut quod Deus coniunxit, homo non separet. Non enim humana, sed divina potius potestate conjugium spirituale dissolvitur, cum per translationem, vel depositionem, aut etiam cessionem auctoritate R. Pontificis, quem constat esse Vicarium Iesu Christi, Episcopus ab Ecclesia removeatur: & ideo tria haec, quae praemisimus, non tam constitutione canonica, quam institutione divina, soli sunt R. Pontifici reservata. Sicut autem Episcopus consecratus, sine licentia R. Pontificis suam non debet Ecclesiam derelinquere; sic & electus confirmatus per eius assensum suam deferere nequit Ecclesiam, cui est matrimonialiter allegatus; cum non debeat in dubium revocari, quin post electionem, & confirmationem canonice inter personas eligentium, & electi conjugium sit spirituale contractum. Cui profecto Episcopalis dignitas nihil addit, cum quis Episcopali praeditus dignitate, nullius & tamen Ecclesia possit esse Episcopus: quemadmodum de illo contingit, qui honori Pontificali renuntiat, non h. oneri. Unde cum non majus sit vinculum Episcopi ad Ecclesiam, quam electi, maxime cum fuerit confirmatus, imo idem penitus, & non aliud, idem juris obtinet in utroque. Sicut ergo Episcoporum translatio, vel etiam depositio, sic & electorum, post confirmationem, ratione spiritualis conjugii soli est R. Pontifici reservata. Licet utque ad tempora ista, quod cautum fuerat de Episcopis, expressum non fuerat de electis; propter expressam tamen similitudinem, vel identitatem potius, nemini poterat videri dubium subtiliter intuenti, cum idem iudicium de similibus sit habendum. Sed neque illud, quod in Canone legitur de electo, ut si ultra quinque menses per suam negligentiam retinuerit viduam Ecclesiam, nec ibi, nec alibi consecrationis donum percipiat, imo Metropolitanum tunc cedat iudicio; aliter intelligentibus poterat suffragari, cum non intelligatur Ecclesia vidua, quasi sponsam non habeat, sed quia cum sponsus eius nondum sit consecratus, adhuc quoad quendam quasi viri maneat solatio defuita: sicut iuxta communem modum loquendi illa dicitur Ecclesia vidua, quae licet Episcopum habeat, & inutilem tamen perhibetur habere. Nec quod de cessione subsequitur, & statuum fuit ad penam, trahi debet ad gratiam: ut sicut Metropolitanus iudicio electus deficiat, ita etiam ad aliam Ecclesiam possit transferri: praesertim cum nec sine auctoritate R. Pontificis fiat cessio, vel defectio memorata, qui ut hoc possent, ex Canone illo Metropolitanus, indulget. Unde si circa translationem idem fieri voluisset, quod de cessione dixerat, de translatione poterat expressisse: & quod non est Sanctorum Patrum decreto sanctum, superfluitiosum non est ad inventionibus praesumendum; praesertim cum nonnunquam intelligatur prohibitum, quod non invenitur expressum. Sane nos, qui sacra docente Scriptura motumur, ne nostrum alii demis honorera, quoniam Apostolatus nostro multis referentibus innotuerat, quod venerabilis frater noster, J. Turonen. Archiepiscopus Magistrum Vv. de Chameleo, qui electus fuerat in Episcopum & Abrincen. & per Metropolitanum suum profecto confirmatus, aliquandiu tam in spiritualibus, quam in temporalibus ministravit, in Ecclesiam vestram praeter Apost. Sedis auctoritatem transferre praesumpsit, & Episcopum consecrare; quem & venerabilis frater noster Rhodomenensis Archiepiscopus praeter Apost. Sedis mandatum absolvit, & ei tribuit licentiam transeundi: venerabili fratri nostro Bifuncino Archiepiscopo, de quo plenam fiduciam obtinimus, dedimus in mandatis, ut inquisita super hoc plenius veritate, si rem legem saltem inveniret, tam memoratum Turonensem, quam ipsum Rhodomenensem Archiepiscopum, qui saltem Apost. Sedem super hoc, quod novum emerferat, praesertim cum iuxta traditiones canonicas, majores ecclesiasticae causae ad Sedem Apost. sint deferenda, consulere deberent, a confirmatione pariter & consecratione Pontificis; memoratum vero Vv. ab executione Pontificali officii, nostra fretus auctoritate suspenderet: qui mandati nostri diligens executor, super quo devotionem ejus digna gratiarum prosequimur actione, cum per confessionem spontaneam eidem Biturice Archiepiscopo de veritate negotii confitisset, dictos Archiepiscopos, & Episcopum iuxta tenorem mandati nostri suspendit. Et quamvis tamen Archiepiscopi Turonen. & Rhodom. tamquam majores plus excefferint in praemis, praesertim vero Episcopos minus, utpote illorum, tamquam majorum, errorem secutus nos tamen intellecta per litteras & nuntios eorumdem Archiepiscoporum confessione spontanea, & supplicatione devota, veniam errori dedimus: quia non ex malignitate, sed ex simplicitate peccaverunt. Et quoniam praesertim Episcopos, qui & minus peccaverat, & (sicut ex praemis apparet) seversus fuerat calligatus, ad Apostolicam Sedem spontanea voluntate, non tamen sine multis laboribus, & expensis accessit, reatum suum cognoscens humiliter, & devote misericordiam postulans, iudicium non requirens: nos super facto ejus cum fratribus nostris communiter tractatum habentes, & subtiliter indagantes, quod licet minus sibi consecrationis im-



penſum, nec prioris Eccleſie ipſum Pont. fecerit, nec ſecunda, cum ad primam non fuerit conſecratus, & ad ſecundam prioris vinculo perſiſtente non poterit canonicè conſecrari, adhuc alteri alligatus conjugaliter; illud tamen providè attendentes, quod & urgens neceſſitas, & evidens utilitas Eccleſie veſtre, quoniam non poteratis in aliam perſonam idoneam convenire, diſpenſationis gratiam requirebant: eo de plenitudine poteſtatis, tam a vinculo prioris Eccleſie, quam a poena ſuſpenſionis penitus abſoluto, de benignitate ſibi Apoſt. Sedis duximus concedendum, ut priore conſenſu hæcenus perdurante, ſicut per litteras perſonarum Eccleſie veſtre nobis eſt intimatum, Andegavem, Eccleſiam tamquam propriam Pontifex, ad laudem, & gloriam nominis Dei, ad honorem & exaltationem ipſius, ad ſalutem, & utilitatem ſuam, & tam Cleri, quam populi ſibi commiſſi ſtudeat gubernare: ut præſentem divinam gratiam, & ſequente, plus prodeſſe velit, & valeat, quam præſente, præſertim temporibus iſtis, quibus cum abundet iniquitas, & peccatis exigentibus multorum charitas refrigerat, opus eſt non mercenario, ſed paſtore, Quocirca per Apoſt. ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus ipſum Episcopum, tamquam patrem, & paſtorem animarum veſtrarum recipientes humiliter, & devotè, reverentiam ei debitam, honorem & obedientiam impendatis: ut ipſe in vobis filialem devotionem inveniat, & vos in eo paternum repetatis affectum. Dat. Laterani XI. Kal. Februarii.

NOTÆ.

1 a Idem.) Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. cap. 2. & in ipſo registro epistoliarum Colonia edito, pag. 255. ex quo litteram textus retinuo, & præſentis caluſis mentio fit in geſtis Innocentii a Boſqueto editis, per hæc verba. (Cum autem Turonenſis Archiepiſcopus quemdam, qui fuerat electus in Episcopum Abriceni, & per Metropolitanam ſuam poſtea confirmatus, & tam in ſpiritualibus, quam temporalibus aliquamdiu miniſtravit, ad Andegavem Eccleſiam præter Apoſtolicæ Sedis auctoritatem præſumpſiſſe tranſferre, ac Episcopum conſecrare, quem Rhotomagenſis Archiepiſcopus præter Apoſtolicæ Sedis mandatum a priore abſolvit Eccleſia, & ad poſterioreſque licentiam tribuit tranſeundi, attendens idem prædiſtiſſimus Papa, hoc attentatum eſſe in derogationem Apoſtolicæ dignitatis, cui ſoli competit Episcoporum tranſlatio, utrumque Archiepiſcopum a confirmatione pariter, & conſecratione Pontificum ipſum autem electum a Pontificaliſ officii executione ſuſpendit, auctoritatibus evidentè offendens, quod idem juris eſt in confirmatis electis, quam in Episcopis conſecratis.) b Andegavem.) Andegavensis urbs eſt Gallia, in Provincia Lugdunensi, totius Provincie caput, cujus meminerunt Proleus 1. 2. c. 7. Brito 116. 10. Philippus, quos & alios referunt Fratres Sarmat. 1. 2. Gallia, fol. 111. Habet Eccleſiam Cathedralē D. Mauricio dicatam, cujus Præſulum ſeriem referunt Fratres Sarmat. ubi ſupra, Ghenu in chronol. Gallia. c Metropolitanus.) Cap. ſi Archiepiſcopus, de temporibus ordi. ubi dicemus. d Damiani.) Ut docent repentes in e. l. de iudicis. e Forſis vidualium.) Facit idem Innocent. l. 1. epist. fol. 153. ubi Faventino Episcopum ita ſcribit: Qui ad hoc die, non ſpiritus eſt cum eo. Virgine autem, carnali ſcilicet, & ſpirituali concubitu conſpici, quod ſuorum eſt tranſmiſſum: quod Deus conſentit, homo non ſeriat: ut nec licet homini carnali matrimonio legitime copulato dividere, nec ſpirituali conjugio canonice vinculo, ut Episcopum & ſuum Eccleſiam, ſeparare. Licet autem videri ſolent ex his, quod Summus Pontifex ſpirituali matrimonio, Episcopis ſcilicet, & Eccleſia, ſeparare non poſſit, cum tamen ex conſuetudine, quæ eſt optima legum interpret, & ſacris Canonibus habetur, quod per ceſſationem, depoſitionem, & tranſlationem, quæ ſibi ſua Sedes Apoſtolicæ reſervata, ſuper hoc plenas habet poteſtates, ſane intelligentiſſimus id nullum dubitationis ſerupulū generavit: cum non humana, ſed divina ſit auctoritas, quod in hac parte per Summum Pontificem adimplerit: qui non homini pari, ſed veri Dei vere Vicarius appellatur. Nam quomodo ſumus Apoſtolorum Principi ſucceſſerit, non tamen eius, aut alius Apoſtoli, eſt hominis, ſed iſtus ſumus Vicarius Jeſu Chriſti: unde quæ Deus ſpirituali concubitu legit, non homo, quia non vicarius hominis; ſed Deus, quia Dei Vicarius, ſeparat, cum Episcopos a ſuis ſediſus per eorum ceſſationem, depoſitionem, & tranſlationem aliquando removimus. Quæ tria ex hoc, quam oſtendimus ratione, merito ſunt tantum R. Pontifici reſervata: quæ licet alios Episcopos cogaverit in partem ſollicitudinis, ſibi tamen retinuit plenitudinem poteſtatis, ſiquidem ex litteris venerabilium fratrum noſtrorum, &c. Quatenus tamen hoc vinculum fortis dicatur, expoſui in e. antecediēti.

CAPUT III.

a Idem b Bambergem Episcopo, & P. Scholaſtico Moguntin.

Quanto perſonam ven. fratris noſtri N. Hildeſem. quondam Episcopi ſinceriori diligimus affectu, tanto ſerius ſperabamus, quod nihil adverſus matrem ſuam Romanam Eccleſiam, in præjudicium ſui ordinis, & eccleſiaſtica diſcipline diſpendium attentaret. Sane ſicut certa multorum aſſertione comperimus, & ſuarum didicimus nihilominus teſtimonio litterarum, quibus ad nos directis e Heripolen. ſe Pontificem nominabat, ipſe reliſta d Hildeſem. Eccleſia, cui fuerat ſpirituali conjugio copulatus, ad Heripolen. ſine auctoritate R. Pontificis propria temeritate tranſiit, non attendens, quod veritas in Evangelio proteſtatur: Quos Deus conjunxit, homo non ſeparat. Poteſtatem enim tranſferendi Pontifices ita ſibi retinuit Dominus & Magiſter, quod ſoli Beato Petro Vicario ſuo, & per ipſum ſucceſſoribus ſuis, & nobis ipſis, qui locum eius (licet indigni) tenemus in terris, ſpeciali privilegio præbuit, & conceſſit, ſicut teſtatur antiquitas, cui decreta Patrum ſanxerunt reverentiam exhibendam & evidentè aſſerunt ſanctorum Canonum ſanctiones. Non enim homo, ſed Deus ſeparat, quod Romanus Pontifex, qui non paſſi hominis, ſed Dei vicem gerit in terris, Eccleſiarum neceſſitate, vel utilitate penſata, non humana, ſed divina potius auctoritate diſſolvit. Nolentes autem tantæ præſumptionis auctaciam relinquere impunitam, cum ſecundum Apoſtolum omnem inobedientiam prompti ſimus ulciſci, ne facti

facti perversitas tranſeat præſumptioſus in exemplum, quod quidem (ſi verum eſt) non poteſt non eſſe notorium, auctoritate omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, & noſtra, de communi fratrum noſtrorum conſilio in virtute Spiritus Sancti diſtinctè tibi præcipimus, ut viſis litteris noſtris, omni contradictione, & appellatione ceſſantibus, adminiſtrationem ipſius Heripolen. Eccleſie, tam in ſpiritualibus, quam temporalibus penitus derelinquat. Si vero (quod non credimus) hæc ſuſpenſionem noſtram non curaverit humiliter obſervare, & inhiſta ſibi ubiſuprà præſumpſerit, excommunicationis vinculo ipſum decernimus innodatum. Omnibus etiam, tam clericis, quam laicis Heripolen. diocæſis, ſub anathematis interminatione præcipimus, ut non obſtante e juramento fidelitatis, omnem ipſi obſedientiam ſubtrahant, quam ipſe ſibi contra ſacros Canones uſurpavit, non attendens quod dicit Apoſtolum: Nemo ſibi aſſumat honorem, ſed qui ſi vocatur a Deo, tamquam Aaron, Ceterum quoniam Heripolen. Canonici vota ſua in ipſum proſuſ illicite conſulerunt, volentes (ſicut dignum eſt) ut in eo puniantur, in quo peccatum, eligendi eos hæc vice poteſtate ſuſpendimus: & ſi contra Sedis Apoſtolicæ interdictionem ad cujuſquam nominationem proceſſerint, quod ab eis factum fuerit, irritum decernimus, & inane. Quia vero jamdictam Hildeſem. Eccleſiam, cui fuerat alligatus, unde (ſecundum Apoſtolum) ſolutionem querere non debebat, nimis improbe dereliquit, ne ad ipſam ulterius redeat, in virtute Spiritus Sancti ei diſtinctus inhiſtemus: cum ſecundum traditiones canonicas, qui ad majorem ſe plebem tranſulerit, a Cathedra quidem pelli debeat aliena, & carere propria, ut nec illis præſideat, quos per ſuperbiam ſprevit; nec illis, quos per avaritiam concupivit. Nos quoque Hildeſem. Capitulum dedimus in mandatis, ut ipſum redire volentem nulla ratione recipiant: ut ſic ſaltem, quem timor Dei, & bonum obſedientie, de cujus laude quid ſentendum ſit, ex diverſo melius demonſtratur, cum ſecundum Prophetam peccatum ariolandi ſit repugnare, & ſcelus idololatria nolle acquieſcere a malo non revocat, eccleſiaſtica ſaltem coarctat ſeveritas diſcipline. Quocirca diſſer. veſtre per Apoſt. ſcripta mandamus, & ſub poena officii, & beneficii, quanta poſſimus diſtinctione præcipimus, quatenus niſi dictus Episcopus, & alii, qui ſtautimus, & mandavimus, infra viginti dies poſt receptionem litterarum noſtrarum curaverint adimplere, vos ea ſubſtrato cujuſlibet contradictionis, & appellationis obſtaculo, exequi non tardetis, & præſatum Episcopum excommunicationem per regnum Germanie nuntiantes, excommunicationem ipſam faciatis Dominicis, & ſeſſivis diebus, pulſatis campanis, & accenſis candelis publice innovari. Quod ſi ambo, &c. Alter veſtrum, &c. Datum Spoleti XI. Kalend. Septembris.

NOTÆ.

1 a Idem.) Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. cap. 2. & in ipſo registro epistoliarum Colonia edito, pag. 255. ex quo litteram textus retinuo, & præſentis caluſis mentio fit in geſtis Innocentii a Boſqueto editis per hæc verba. (Propter ſimilem quoque cauſam excommunicationem Conradum Hildeſem. Episcopum, Imperialis aula Caſtellanum, virum utique nobilem, divitem, & potentem, ingentium, induſtrium, & altatum; quia videlicet ad Heripolenſem Eccleſiam ſua præſumpſit temeritate tranſire, monitaque contempſit reſpiciere ab errore, præſtendens quod a Caſtellano Papa ſibi fuerat indultum, ut invitatus majorem poſſet aſſumere dignitatem. Sed hæc indulgentia cum non poterat excuſare; quoniam Heripolenſis Eccleſia, quamvis diſtor, non tamen dignior quam Hildeſem. exiſtit: & majoris eſt indulgentia, ut tranſire quis ad patrem, quam ad majorem aſcendat. Et ideo cum poſt admonitionem contempſit præcepſiſſe eidem, quatenus Eccleſiam utramque dimitteret; quia cautum eſt in Canonibus, ut qui ad majorem ſe plebem tranſulerit, & a Cathedra pelli debeat, & carere propria, ut nec illis præſideat, quos per ſuperbiam ſprevit; nec illis, quos per avaritiam concupivit, ipſe tandem excommunicari fecit eundem, & excommunicationem per totam Provinciam publicari. Qui cum ab omnibus vitaretur, tenuit maloties per honorabiles nuntios, ſi forſan interceſſione Principum, aut oblatione munerum eius poſſet animo inclinare: qui cum nullo proſecerit, propriam tandem recognoviſſe exceſſum, primo coram Magdeburgenſi Archiepiſcopo, & multis Principibus, ac ſecundo coram Moguntinenſi Archiepiſcopo, & multis aliis Magnatibus juramento firmavit, quod mandatis Apoſtolicis obſideret. Et exinde nec viarum evitans diſcrimina, nec incommoda temporis impacati, ad Apoſtolicam Sedem accieſcit in multa contritione cordis, & magna vilitate corporis, abſolutionis beneficium implorans. Qui cum fuiſſet juramento rufus præſtato abſolutus, depoſitis calcamentis, in pallio, cum corrigia in collo, Apoſtolicæ ſe conſpectui præſentavit, & proſternens ſe totum in terram, in modum crucis manus expandit, cum grandi ſtrepu poſtulant indulgentiam, propriam confitendo peccatum. Commota tunc aures vifera Summi Pontificis ſuper eum, ſed ne diſſolveret nervos eccleſiaſtica diſcipline, poſt deliberationem, & diſciplinam multiplicem in ſummo Conſiſtorio præcepit eidem ſub debito præſtiti juramenti, ut tam Hildeſem. quam Heripolenſem Eccleſiam omnino dimitteret; qui quamvis omnino confuſus, humiliter obedivit, faciens de neceſſitate virtutem. Miſiſſeque munera quadam ipſi Domino Papæ, vaſa videlicet argentea pulchra viſa; qui animo haſti pauſiſſet, haſtans, utrum deberet illa recipere, an potius reſutare. Sed ne ille de gratia ſua penitus deſperaret, recepit oblata; & ne putaret, quod maerent poſſet oblatione corrompi, miſte ei per honorabilem nuntium uam cuppam auream pretioſam magis, quam illa eſſent vaſa argentea univerſa. Volens autem inſuadere ſuper oleum, cum præcepſiſſet ut Hildeſem. Eccleſia idonum ſibi Pontificem per electionem canonicam videret, ordinationem duxit Heripolenſis Eccleſie differendam, ut ſi forſan eundem Eccleſia iterato poſtularer, eundem humiliter erigeret, quem deſereret exaltatum; ſequè poſt annum factam eſt ut prævidit, ne ex aliqua parte ſuam judicium claudicaret, ſimilem penè modum adverſus Salzeburgenſem Archiepiſcopum obſervavit, qui cum eſſet Briſmenſis Episcopus, in Archiepiſcopum Salzeburgenſem electus, abſque licentia Summi Pontificis ad Metropolitanam Eccleſiam tranſire præſumpſit; quem electionem omnino caſavit, & præcepit eidem, ut ad primam Eccleſiam, ſecundâ relicta, rediret; caſans quicquid egerat apud illam. Unde D. D. Gencel, in Decretal. Tom. I. Pars I.

Burgenſem electum a Burgenſi Episcopatu removit, quoniam in eum ab ipſo fuerat inſtitutus, ipſe vero ex eo perterritus humiliter obedivit. Cumque poſtmodum fuiſſet electus, electionem recipere non præſumpſit; ſed cum electoribus ſuis ad Apoſtolicam Sedem accieſcit, diſpenſationis gratiam obtenturus: & quidem obtinuit, ut experimento cognoviſſet quod in arca foſſeris & virga continetur, & manna.) Eandem hitoriam referunt Abbas Urtperg. de bel. Philip. & Orthonis, ad annum 1125. Krantzius l. 7. Metep. c. 9. & l. 7. Trithemius in chron. anno 1201. b Bambergem.) De hac Eccleſia & Moguntina egi in e. cum dieſta 2. de reſcriptis. c Heripolenſis.) Heripolenſis Civitas eſt in Germania, ſuffraganea Archiepiſcopi Moguntini, de qua Bucerus in Belgio-Romano. d Hildeſem.) Etiam eſt Eccleſia Cathedralis Germanie, de qua Bucelinus in Germ. ſæra. e Non obſtante juramento.) Prout Pontifex facere poteſt, ut probat Beronius in e. que in Eccleſiarum, de conſtit. m. 165. Ipſum Conradum a Gallis poſtea ſcelerata occulium fuiſſe præſert Spondanus poſt Baronium anno 1204. n. 21. cumque præſentis exceſſus arguit ipſe Innocentius l. 2. in editione Colonia, fol. 276. dum illa ita ſcribit.

C. quondam Hildeſem. Episcopo. Sine ſalutatione.

Quod tibi Apoſtolicæ ſalutationis alloquium denegamus, non ex malevolentia noſtra procedit: ſed cum olim præter auctoritatem Apoſtolicæ Sedis, ad quam ceſſiones, depoſitiones, & tranſlationes Episcoporum ſpectare noſcuntur, ad Heripolen. Eccleſiam ab Eccleſia præſumpſiſſes Hildeſem. tranſiſte, Archiepiſcopis & Episcopis Germanie, ac tibi ipſi (ſi tamen ad te litteræ noſtræ pervenerint) & tam Heripolen. quam Hildeſem. Capitulum contra te litteras curavimus deſignare: quas cum ad eos, ad quos mittebantur, ſicut ex relatione curſorum noſtrorum accepimus, noverimus perveniſſe, ab ipſis juxta tenorem ipſarum in te credimus fuiſſe proceſſum. Sane non erat nobis tutum in hoc articulo diſſimulare Apoſtolicæ Sedis injuriam, aut privilegiorum noſtrorum æquanimitè ſuſtinere jaſturam, ne diſſimulatio in approbationem, & taciturnitas in conſenſum poſſet ab aliquibus allegari. Unde maluit in te licet olim dil. nobis, cum in minori eſſemus officio conſtituti, aliquam exercere vindictam, quam impunitus exceſſus traheretur a poſteris in exemplum. Miramur autem non modicum, & non ſine ratione movemur, quod contra nos aſtus es ponere os in calam: aſſerens quod contra te nec citatum, nec viſtum non fuerat ſententia ferenda. Sed ecce, in quo alterum judicas, te ipſum contempnas: cum tuum non fuerit de Superiore tempore judicare, & in eo quod in executionem tuam, imo potius accusationem noſtram allegas, tertium membrum omiſeris, cum in manifeſtis tuis literis judiciarius requirendus. Verum utrum exceſſus tuus literis manifeſtus, conſcientiæ tuæ reliquiſſimus ſcandendum, eam non poſſet eſſe occultum, quod tam publice factum fuit, & per totam Teutoniā publicatum. Tu etiam conſeſus videris de crimine, cum in litteris ad nos directis, quas adhuc apud nos in teſtimonium referavimus, Heripol. te præſumpſeris Episcopum appellare. Nec deſere de ſicili debuiſſes, quod in oſium tuum, aut in exaltationem alicujus, & depoſitionem alterius, duximus procedendum: cum te dilexerimus, hæcenus, & adhuc etiam (niſi forte tu ipſe impediſſes) diligimus: & non glorioſum, ſed periculoſum nobis exiſteret, in favorem alicujus in te proferre ſententiam, aut aliquem ex malevolentia condemnare. Omni ergo executione ceſſante, ſi apud nos deſideras gratiam invenire, mandatum ſtudeas Apoſtolicum adimplere: non



